

Honoris trophæum, dum  
promotore reverendissimo et  
amplissimo domino, dn.  
Jo...

Alm, Magnus C.,

*1 Ic 1689 Laurbecchius, Petrus*



National Library  
of Sweden

HONORIS TROPHÆUM,

*Dum*  
PROMOTORE

*Reverendissimo & Amplissimo Domino,*

DN. JOHANNÉ GEZELIO,

S.S. Theol. Doct. longè celeberrimo, Diœceseos Aboënsis  
Episcopo eminentissimo, & Regiæ Academiæ ibidem  
Pro-Cancellario permagnifico,

VIRO

*Maximè Reverendo & Præclarissimo*

DN. PETRO LAUR-  
BECCHIO,

Sacro Sanctæ Theologiæ Licentiato & Professore  
Ordinario laudatissimo, Pastori in Christo dignis-  
simo, Consistorii utriusque Assessori  
gravissimo,

SUMMI IN S.S. THEOLOGIA HONORES,  
Maximo summorum Virorum in consessu, in choro ædis  
Cathedralis supremo, Anno 1689, die 19 Septem-  
bris, conferebantur;

*Devoto & venerando animo*

â

*Clientibus erectum.*

44

45

ad

ter


aro/

sootr.

44

1689

1689



*Salve Mecænas! Salve Doctõr Reverende!  
Te jubeat faustum, qui regit astra, DEUS!*



Audia quanta capis, Mecænas! musa  
clientis  
Parturit, ut pandat carmina læta tibi.  
O quem Te memorem, vel quo Te car-  
mine laudem,  
Musarum Columen, Pieridumque  
decus.

Nam Reverendus adest Doctõr multũmq; celebris,  
Clarus Philofophus, Thejologusq; gravis:  
Quem decorat gravitas, quem comi gratia vultu  
Ornat, & ingenuus candor, & alma fides.

Huic



Huic equidem certum est patri me tradere totum;  
Patri, cui cordi sit mea tota salus.

Te veneror, quoque Te memorabo laude perenni,  
Ore & corde vovens, vive patrone diu!

Hos Tibi nunc meritos, Excellens Doctor, honores  
Gratulor ex animo! gratulor ecce Tibi!

Accipe Doctoris titulum atque insignia sventa;  
Accipe sudoris digna brabea tui!

Pasce gregem Christi sincero dogmate verbi,  
Floreat ut summi gloria magna Dei!

Consulere hinc studiisque meis dignere benignus,  
Eusebiae Doctor, supplice quaeso prece.

Sit longæva tibi vita & felicior ætas  
Cana: precor supplex! suscipe vota Deus!

MAGNUS AEM.



Est via vah! Domini multum admira-  
bilis, atque

Illam scrutari nullus adhuc potuit.

Sustulit eximium Doctorem non ita  
pridem,

Qui defensor, apex religionis erat;

Qui

doctr.

1689

Qui mores hominum multorum vidit & urbes.  
Sustulit; ah Luctus! sed dedit idem alios.  
Reddidit hoc anno binos nostrum hocce Lycéum  
Doctores doctos, hoc tituloq; graves.  
Inter eos est jam, tanto perdignus honore,  
Hic Doctor noster, Theiologus celebris;  
Quodq; novum sidus proclamat fama per orbem,  
Casurum nullo tempore nomen habet.  
Gaudet Aboa sibi Doctoribus inclyta quatuor,  
Lumina qui Patriæ sunt pariterq; chori.  
Ergo profit honor, quo Te nunc ornat Aboa,  
Quem sibi jure suo postulat ingenium!

SVENO ROSEBERG

